



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1844**

II. Die Markgrafen Otto und Konrad, Johann und Otto vereignen der Stadt Wusterhausen den Wald Karpow, im Jahre 1293.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

Haus- und Kirchen-Collecten-Ertrag wurde die Stadt wieder aufgebauet (Bratring Grassch. Kuppin S. 364). Doch blieb sie auch nach dieser Herstellung unbedeutend, wie vorher: nur die über Wusterhausen gelegte Kunststraße von Berlin nach Hamburg gab dem Nahrungsstande der Einwohner einige Erweiterung, welche die projektirte Eisenbahn jetzt wieder zu entziehen droht.

## U r k u n d e n.

### I. Die Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Otto überlassen der Stadt Wusterhausen die Hopfengärten, im Jahre 1291.

In nomine Domini Amen. Otto, Conradus, Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburg. et de Landsberg, omnibus hanc literam cernentibus in perpetuum. Recognoscimus praesentibus literis publice coram omnibus protestantes, quod civitati nostrae Wusterhufen et civibus nostris ibidem univasas humuli areas, sitas circa civitatem eandem, donavimus et apposuimus, cum univrsi juris integritate proprietatis titulo quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendas, adjicientes, quod nullus Advocatorum nostrorum neque officialium nostrorum praefatos Burgenses debeat in praefato humulo sive in areis eisdem ullo in opere impedire. In hujus rei evidentiam pleniorum praesentes conscribi iussimus literas, et sigillorum nostrorum munimine decrevimus communiri. Acta sunt haec Rathenowe Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, in festo S. Michaelis Archangeli.

Nach dem Wusterhausenschen Grund- und Lagerbuche vom Jahre 1744. — Dieterich, histor. Nachricht v. d. Gr. von Lindow S. 37, und Buchholz's Gesch. der Churm. IV. Urk.-Anh. S. 125.

### II. Die Markgrafen Otto und Konrad, Johann und Otto vereignen der Stadt Wusterhausen den Wald Karpow, im Jahre 1293.

Nos Otto et Conradus, Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburg. et de Landsberg, recognoscimus publice protestantes praesentibus, quod civitati nostrae Wusterhufen libere donavimus et donamus univrsa et singula bona, quocunque censeantur nomine, cum omnibus eorum proventibus, videlicet silvam, quae vocatur Karpowe, a campo Mutzeltyn et a campo Garthowe, usque ad nostra prata, quae videlicet bona Dominus Ghevehardus, Dominus Conradus et Johannes, dicti de Plote, ipsi civitati praeteritis temporibus donaverunt, ita quod omnes reditus, qui in praedicta silva nunc sunt, aut in posterum fieri possunt, usibus civitatis praedictae integre perpetuo permanebunt; addicimus etiam quod omnes areae extra civitatem eandem positae, quae nunc sunt aut in futurum fiunt, nostris areis ad castrum pertinentibus exceptis, suum censum solvent omnimodo civitati; donavimus etiam iis omnia pascua seu prata infra metas camporum Civitatis Wusterhufen jacentia, nostris duntaxat pratis nostrorumque Burgensium exceptis, seu ubi agricolae suis aratris arare non possunt, ipsi civitati jugiter possidenda, habentes gratam et ratam omnem donationem,



quam praedicti de Plote ipsius civitatis usibus ab antea donaverunt, adicientes praeterea, quod dimensio nunc et in campis et in pascuis et in universis attinentis civitatis facta est, non debet deinceps in ipsis fieri dimensio ullis in temporibus aliqualis. Pro huiusmodi autem donatione Burgenfes praefatae civitatis defalcaverunt nobis de debitis, in quibus obligabamur eisdem, L marcas minus una et centum talenta denariorum, cum XV. choris filiginis, addentes nobis XX. marcas pecuniae paratae. In praedictorum omnium evidentiam plenioram conscribi iussimus literam, et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes huius rei sunt fideles nostri Johannes de Kalberwisch, Zacharias de Plawe, Otto de Gladegow, milites, Raven Marschalcus, Bartoldus de Stowen, et alii quam plures fide digni. Acta sunt haec et data Rathenowe, Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, quinto Cal. Maji, per manum Dni. Alwardi Praepositi Ruppinenfis, nostrae Curiae Capellani.

Nach dem erwähnten Lagerbuche, Dieterich a. a. D. S. 39 und Buchholz a. a. D. S. 126.

III. Der Rath zu Wusterhausen beurfundet, daß Werner von Planitz den Hospitaliten des h. Geistes einen ewigen Almosen zum Ankauf von Bier ertheilt habe, im Jahre 1307.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen. Quum omnium habere memoriam et in nullo penitus hesitare magis est diuinitatis, quam humanitatis, conscribi fecimus ea, quae coram nobis aguntur, ne obliuioni tradantur. Hinc est, quod nos consules ciuitatis Wvsterhvfen infra scripti, uidelicet Johannes de Schnackenborch, Allardus Michel de Svartelose, Zacharias de Hyowe, Petrus de Hage, Heinricus de Campyl, Fridericus Hvndertmarck, Diederich Dives uniuersis praesentia uisuris scribimus; protestantes, quod cum Wernerus dictus de Planitz quandam summam pecuniae, diuina sibi largiente gratia, collegisset, fecit, ut debuit et quandam elemosynam perpetuam pauperibus in domo sancti Spiritus manentibus ad remedium animae suae conpellauit, scilicet XV tal. Elemosina est haec, Videlicet quod prouitores domus iam diete omni septimana dabunt pauperibus inibi manentibus cereuisiam solido comparatam, cuius cereuisie pars dimidia quartis feriis perpetuis temporibus dari debet. Ut autem haec acta a quibuscunque maneant perpetuis temporibus inconuulsa, praefens scriptum inde confectum conscribi iussimus et sigilli nostri firmauimus munimento. Datum et actum Wvsterhvfen, anno Domini 1307, in natiuitate St. Johannis baptistae per manus Jacobi, tunc temporis nostri notarii.

Nach Ludewig, Reliq. Manuscript IX, 508. 509 Nr. IX.

IV. Die Markgrafen Otto und Woldemar verkaufen den Bürgern zu Wusterhausen das Dorf Klempon, den See daselbst, jährliche Hebungen vom See Buckwitz und vom Worthzins der Stadt, im Jahre 1308.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Amen! Humanae actiones a memoria hominum laberentur, si non fideli testimonio scripturarum firmarentur. Hinc est, quod nos Otto et Waldemarvs,

IV.

50